

rationem curavi: deinde contra illas omnes sigillatim pugnavi, ut vel hac via apertissime demonstrarem, omnes istos recentes hæreticos à fecibus jam olim ab Ecclesia rejectis suas hæreses hausisse: & si quique tanto facilius venenosa illorum dogmata fugerit, quanto apertius cognosceret, illa fuisse velut talia ab Ecclesia damnata. Quod opus, Deo favente, causamque (ut Christiane loquar) suam agente, adeo Catholicorum omnium oculis placuit, ut infra hos viginti duos annos elapsos, fuerit jam pluraquum decies in Gallia, Germania, & Italia typis excusum. Quæ res vehementer animum meum stimulavit ad opus hoc iterum diligentissime revincendum, ut si quid forte deesse conspicerem, addere curarem. Recognoveram quidem opus hoc jam semel & iterum, & quidquid tunc deesse comperi, supplevi: & quæ minus bene disposita esse censui, emendavi. Nunc denique, ut postremam huic operi imponerem manum, tertio illud diligentissime revisi, & meo periculo didici posteriores curas semper esse meliores. Nam aliquot hæreses deesse intellexi, quarum aliquas prudens omiseram, propterea quod tunc non plene mihi constabat illas esse hæreses, & nolui in re tam seria temere quiddam definire. Alias autem hæreses aliud agens inveni, cum plurimos evolverem Auctores, quos intentis semper in hanc rem oculis lego. Aliæ denique hæreses post priores hujus operis editiones in publicum prodierunt. Deinde circa priores illas hæreses quas in aliis hujus operis editionibus descripseram, multa quæ ad ipsarum hæresum pleniorum cognitionem, aut faciliorem expugnationem mihi visa sunt necessaria, addidi: alia prorsus delevi, ut plura & meliora pro illis ibidem collocarem. Tor itaque ac tanta post omnes priores hujus editionis nunc addita, atque permurata in illa sunt, ut novum opus jam merito censeretur, quod novum etiam pariter desideret patronum. Quem etiam si summo studio cogitabundus investigassem, nullus alius præter te, Serenissime & Christianissime Rex, mihi occurrere potuisset, cujus tutelæ ego justius commendare debuissim. Nam cum opus hoc de fide Catholica differat, & contra omnes hæreses pugnet, neminem ferventiori affectu majorique conatu favorem & auxilium illi daturum credere oportebat, quam tu, qui hæreditario quodam jure à parentibus tuis Hispaniæ Regibus, longa successione derivato, perpetuum & irreconciliabile cum hostibus fidei Catholicæ bellum geris. Nullus majori obligatione devinctus est ad fidem Catholicam protegendam, quam tu, qui titulo Regis Angliæ Ecclesiæ defensor diceris. Non posses autem vere dici Ecclesiæ defensor, nisi fidem Catholicam, super quam Deus ipsam Ecclesiam fundavit, totis defenderes viribus. Quam integre & ex animo hujus tituli obligationi satisfeceris, præclarissima illa facinora quæ in eodem Angliæ Regno per te pridem gesta sunt, tam aperte testantur, ut nemo, etiam si Zoilo invidentior sit, inficiari audeat. Nam postquam Serenissimam Angliæ Reginam Mariam duxisti uxorem, & ob eam causam Regni illius gubernacula suscepisti, è vestigio, ne inane sine re nomen ampullosa & jactabunda vanitate gestare videreris, anxia sollicitudine curasti, ut Regnum illud quod pluraquam viginti annos à fide Catholica defecerat, ad eandem reduceretur. Deus autem piensissimus, qui renes & cor tuum scrutatus est, & te virum desideriorum, velut alterum Danielem esse intellexit, non passus est te fraudari à desiderio tuo, aut longo tempore esse suspensum, sed brevissimo tempore elapso, te tui voti comitem fecit. Nam tanta sedulitate & prudentia huc negotio incubuisti, ut post elapsam à nuptiis celebratis solum quadrimestre temporis spatium, Deo Anglorum corda emolliente, totius Regni primores in publicis comitiis apud Londinum congregatis, suo & totius Regni nomine obedientiam quam Romano Pontifici detraherant, illi ultro præstiterint, & fidem Catholicam quam antea rejecerant, se deinceps recepturos, & in ea constantes futuros promiserint. Cui promissioni tam plene hæcenus fere omnes illi respondent, ut nos omnes qui rem ipsam propriis conspeximus oculis, merito speremus, totum illud Regnum ad illam Christianæ Religionis puritatem & sinceritatem, quam ante defectionem retinebat, brevi fore reducendum. Opus igitur hoc quod contra omnes hæreses edideram, & nunc in Regno Angliæ tibi in publicis concionibus, & fidei negotiis serviens, utoque amplissimo congiario nutrius, locupletavi, tibi Regi Catholicissimo, fideique Catholicæ vindici, atque protectori, cui multis nominibus debebatur, dicere curavi, ut quoniam se tueri non valet, tui saltem nominis umbra protegatur. Majestatem & castitudinem tuam supplex oro, ut pro tua Regia benignitate illud suscipere & fovere digneris, tamquam militem quemdam sub tuo vexillo pugnare cupientem. Vale Rex Christianissime, & Christianæ Religionis decus & ornamentum. Datis Antuerpiæ vigesima die Maji, anno Domini M. D. L. V. L.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO  
S. R. E. CARDINALI CAROLO A RAMBOULLETO,  
APUD PII QUINTI PONTIFICIS MAXIMI SANCTITATEM,  
Legato Regio, Robertus Trehetus, utriusque juris Doctor.

S. P. D.

Sponsa Jesu Christi Ecclesia, Cardinalis Illustrissime, in hoc mundo Rosæ inter spinas enatæ haud inepte comparatur. Nam ut spinæ circumquaque Rosam cingentes, eam premunt, & pungunt, unde tamen illa fragrantior reditur: ita Ecclesia undique duris pressa latius odorem spirat, ac suam fragrantiam veluti exhalando, emittit efficacius, atque novis subinde accessionibus augetur magis: Id quod Ecclesiæ historia legentibus ob oculos ponit, & omnium Sanctorum testatur experientia. Spinæ autem quæ hanc Rosam cingentes premunt, & pungunt, sub tribuli ac zizania hæreticon, flagitiorum, & variorum scandalorum in doctrina & moribus: ut interim taceam Nothos, Sylvestres, & aridos furculos, qui non leve damnum veræ ac naturali Rosæ inferunt. Has spinas Sathan Jesu Christi hostis *aspondos* spargit & feminat, ut Rosam quam Christus sua manu plantavit, premat, suffocet, planeque in nihilum redigat: aut (si id non potest) ut hoc saltem efficiat, ne late suos spargat flores, ac furculos emittat, hoc studium omnibus temporibus Sathane fuisse manifestum est. Quid non tentavit, jacto primo hujus Rosæ semine in paradiso terrestri? Quid non machinatus est, ut semen hujus Rosulæ, hoc est, primam promissionem protoplastis nostris factam, suffocaret? An non fratrem adversus fratrem armavit? An non impulit degenerem furculum Cain, ut Abelem fratrem occideret? Idque non aliam ob causam, ut D. Joannes testatur, quam quod opera Abel fuerint bona, & ejus sacrificia Deo grata: Et contra Cain opera fuerunt mala, & holocausta ejus ingrata. Numquid hoc parricidio suffocata est Rosa Domini? Nullo modo: sed tamquam ex femine prætorissimo plures enati sunt furculi. Seth enim frater Abel furculi perpetuo in æterna vita viventis, & multi ab eo nati, tamquam plantulæ novæ, suppullularunt, quas est Sathan subinde spinis punxit, hoc est, usque ad diluvium (in quo collectis prius veris ac germanis furculis in arcam Noe justis spinas suffocatas Dominus perdidit) conservata est Rosa. An hic fatigatus Sathan quiescit? Nequaquam. Nam mox post diluvium novas spinas feminat: Cham enim filium Noe ad se pertrahit, ut transfuga factus, Sem fratrem persequatur, qui tamen persequutione nequam fractas constanter retinuit primam promissionem, atque semen hujus Rosæ usque ad tempora Abraham, quam latissime sparsit. Esti autem interea Sathan suis venenatis spinis & tribulis impiorum hæreticorum orbis partem opplevrat, nihilominus tamen Rosa hæc suas vires retinuit, ac multos sua fragrantia exhilaravit. Nam Christus hortulanus Abraham de Hur Caldæorum evocatum pulcherrimum hujus Rosæ furculum in terra Chanaan plantavit: Tametsi nec illic Rosa spinis Sathane immunis erat. Nam ibi nunc fame, nunc peregrinatione, nunc aliis modis tentatus Abraham, infraacto autem animo expectavit consolationem: Unde factum quoque est, quod Rosa hæc prætoriosa majora in dies incrementa cæperit. Ismael quidem furculus aridus Isaac fratrem qui fuit in hac Rosa tenerimus furculus, persequutus est, sed frustra: nam eo magis crevit, & gloriosior est facta Rosa. Postquam enim vidit Isaac enatam de se novam plantulam, nempe Jacob, qui tametsi Nothi, & aridi furculi, hoc est, Esau & Laban, ut alios taceam, eum graviter presserunt, in radice mansit fecundus furculus. Ab hoc enim duodecim alii prodire furculi. Esti autem omnes isti furculi non manserunt in radice: Nam quidam exaruerunt, & in Nothos & adulterinos degeneraverunt, in magnum tamen numerum in dies propagati sunt: inter quos unus tenerissimus, nempe Joseph in Ægyptum florentissimum Regnum est translatus, ut ibi fructificaret, ac sua suavolentia totum Ægypti Regnum oppleret: id quod non sine magnis ærumnis, & gravibus afflictionibus præstitit. Quid enim non mali Sanctus hic furculus in Ægypto pertulit, priusquam in tantam Rosam excrevit? Nam primum arctica foetida, & ardens illam urere tentat, hoc est, turpissima femina eum ad adulterium sollicitat: ut ista ratione arefcat, & de nativa excindatur Rosa: Sed frustra hoc conatur Sathan, Joseph manu hortulani conservatur illeæus. Verum eum hac via se frustra adortum esse Sanctam virum cernit Sathan, alia eum aggreditur, ac spina impiæ tyrannidis Pharaonis ipsum omnino suffocare statuit. Conjicitur itaque opera Sathane castissimus hic furculus Joseph in carcerem, ac sibi inter spinas infidelium barbarorum, & in sceleribus pessimis, præter omnem suam culpam jacet & premitur. Sed quid hic Joseph castissimo Rosæ furculo contingit? Idem plane quod magni Auctores de naturali rosa scribunt. Ut enim naturalis rosa juxta cape vel allium sata fragrantior redditur: Nam sceler cape vel allii ad suavolentiam rosæ conferre dicitur: ita Joseph inusta impudicæ femine querela obreftationibus, injuriis, scelere carceris, crevit, longeqe illustrior ac potentior evasit. Nam è carcere eductus Joseph, secundus à Pharaone, in Regno Ægypti post interpretationem Regis factus est, ejus industria postea per totam Ægyptum infiniti furculi sunt plantati & dispersi, adeo quod ipsa Ægyptus facta sit veluti quædam paradysus Domini. Nam hic fragrantissimus furculus Joseph ad se radicem, nempe Jacob patrem suum, cum tota sua familia attraxit, qui ad aliquot annos in Ægypto novos subinde furculos emiserunt, & in Regno Ægypti suavissime spirant. At quid interim Sathan? Num sterit? Nihil minus. Nam postquam Jacob, Joseph, atque alii plurimi furculi in caelestem regionem translati sunt, spinam quamdam prægrandem plantat Sathan in Ægypto: quæ spina non parum presit, ac punxit furculos, qui in Ægypto remanserunt, quæ tamen quotidie sub oneribus & æstu creverunt magis, & in mediis sceleribus & laboribus multiplicati sunt. Spina autem illa prægrandis fuit alius Pharao, qui non novit Joseph. Hic enim cum suis ariolis & pseudoprophetis, præstigijs dæmonum adversus Israëlitas ventibus, furculos Domini supra modum premeret, & pungere cæperit. Quare hortulanus iratus ingratissimos Ægypti incolis, suos furculos in alium transplantavit: hortum, ac populum Israëliticum transfudit per mare

# CATHALOGUS, SIVE INDEX HÆRETICORUM OMNIUM,

QUORUM HÆRESSES IN HOC OPERE RECENSENTUR,

PER QUEM INDICEM LECTOR FACILLIME REPERIRE POTERIT CU JUSLIBET  
hæretici rationem, ita videlicet, ut sciat quisnam fuerit hæresiarca sectariusve ille,  
& quor, qualesque hæreses docuerit.

**A**chatius, in titulo de Deo, hæresi 6.  
Acephali, titulo de Christo, hæresi 4.  
Adamiani, titulo de Nuditate, hæresi 1. & titulo de Nuptiis, hæresi 1.  
Adamitæ, tit. de Coitu, hæresi 1.  
Adelphius, titulo de Baptismo, hæresi 4. & tit. de oratione, hæresi 1.  
Aerius, titulo de Cibo, hæresi prima: & titulo de Episcopo, hæresi 1. & tit. de Jejunio, hæresi 3. & tit. de Nuptiis, hæresi prima, & titulo de Sacerdotio, hæresi prima.  
Actius, titulo de Deo, hæresi 6. & tit. de Peccato, hæresi 5.  
Albanenses, titulo de Anima, hæresi octava. & titulo de Baptismo, hæresi 4. & tit. de Deo, hæresi prima: tit. de Inferno, hæresi prima, & tit. de Judiciio hæresi secunda: & tit. de Juramento, hæresi prima: & tit. de Libertate arbitrii, hæresi prima: & titulo de Mundo, hæresi 1. & 2. & tit. de Peccato, hæresi 1. & tit. de Præscientia, hæresi 1. & 3. & tit. de Resurrectione, hæresi 1. & titulo de Scriptura sacra, hæresi prima.  
Albigenses, tit. de Anima, hæresi 7. & titulo de Baptismo, hæresi quarta: & titulo de Cibo, hæresi prima: & titulo de Deo, hæresi 1. & tit. de Resurrectione, hæresi 1.  
Almaricus, titulo de Adam, & Eva, hæresi 3. & titulo de Beatitudine, hæresi prima: & titulo de Eucharistia, hæresi 4. & tit. de Inferno, hæresi 1. & tit. de Resurrectione, hæresi prima.  
Alogiani, tit. de Deo, hæresi 7. & tit. de Scriptura sacra, hæresi 8.  
Anabaptistæ, tit. de Baptismo, hæresi quinta.  
Andiani, tit. de Anima, hæresi quarta.  
Andreas Osiander, titulo de Missa, hæresi secunda.  
Angelici, tit. de Idololatria, hæresi 1.  
Antidicomaritæ, tit. de Maria Virgine, hæresi prima.  
Anthropomorphytæ, tit. de Deo, hæresi 2. & tit. de Ecclesia, hæresi 4. & tit. de Imagine, hæresi 1. & tit. de Pascha, hæresi prima.  
Appelles, tit. de Christo, hæresi 2. & 12. & tit. de Deo, hæresi 1. & tit. de Prophetis, hæresi 1. & tit. de Resurrectione, hæresi prima.  
Apocaritæ, tit. de Anima, hæresi 3.  
Apollinarius, tit. de Christo, hæresi 2. & 3.  
Apostolici, titulo de Apostolis, hæresi secunda: & titulo de Juramento, hæresi secunda: & titulo de Paupertate, hæresi prima: & titulo de Purgatorio, hæresi prima.  
Aquarii, tit. de Eucharistia, hæresi 6.  
Armachanus, tit. de Sacerdotio, hæresi 5.  
Arabici, titulo de Animo, hæresi 6.  
Armeni, titulo de Adam & Eva, hæresi tertia: & titulo de Baptismo, hæresi quarta & quinta, & sexta & octava, & titulo de Beatitudine, hæresi prima & sexta: & ti-

tulo de Deo, hæresi tertia, & decima secunda: & titulo de Eucharistia, hæresi secunda & quarta, & septima & octava, & titulo de Inferno, hæresi secunda: & titulo de Judiciio, hæresi quarta: & titulo de Nuptiis, hæresi tertia & quarta: & titulo de Papa, hæresi prima: & titulo de Peccato, hæresi prima, & secunda & tertia, & octava: & titulo de Purgatorio, hæresi prima: & titulo de Resurrectione, hæresi quarta & quinta, titulo de Sacramentis, hæresi prima.  
Archontici, tit. de Mundo, hæresi 3. & tit. de Resurrectione, hæresi prima.  
Arnoldus Brixiensis, titulo de Beatitudine, hæresi 1.  
Arius, titulo de Christo, hæresi tertia: & tit. de Deo, hæresi 6. & 10.  
Arremon, titulo de Christo, hæresi 1.  
Aulentius, tit. de Virginitate, hæresi 1.

**B**Ajolenfes, tit. de Juramento, hæresi prima.  
Balthazar, titulo de Baptismo, hæresi 5. & tit. de Imaginibus, hæresi 1.  
Bardesanes, tit. de Fato, hæresi 1. & tit. de Libertate arbitrii, hæresi 1.  
Basilides, tit. de Christo, hæresi 7. tit. de Martyrio, hæresi 1. & tit. de Resurrectione, hæresi 1. & titulo de Virginitate, hæresi 1.  
Bassus, tit. de Christo, hæresi 8.  
Begardi & Beguinæ, tit. de Beatitudine, hæresi 4. & 5. & tit. de Coitu, hæresi 3. & tit. de Ecclie, hæresi 3. & tit. de Jejunio, hæresi 3. & tit. de Obedientia, hæresi 1. tit. de Operibus, hæresi 3. & tit. de Peccato, hæresi 9.  
Berengarius, tit. de Eucharistia, hæresi 4.  
Blasius, tit. de Malo, hæresi 1. & tit. de Pascha, hæresi 1.  
Bohemi, tit. de Eucharistia, hæresi ult. & tit. de Sanctis, hæresi 1.  
Borboriani, tit. de Judiciio, hæresi 1.  
Brachitæ, tit. de Anima, hæresi 4.  
Bugarius de Monte Falcone, titulo de Operibus, hæresi 2.

**C**Ajani, tit. de Idolola, hæresi 1. & tit. de Juda, hæresi 1. & tit. de Lege, hæresi 2. & tit. de Resurrectione, hæresi 1.  
Caldæi, tit. de Juda, hæresi 1.  
Carol, tit. de Imag, hæresi 1.  
Carpocratitæ, sive Carpoeratiiani, tit. de Christo, hæresi 1. & tit. de Mundo, hæresi 3. & tit. de Resurrectione, hæresi 1. & tit. de Scriptura, hæresi 1.  
Cathari, quod & Novatiani, vide in dictione Novatiani.  
Catharalii, sive Catharitæ, titulo de Cibo, hæresi 1. & tit. de Eucharistia, hæresi 1. & tit. de Juramento, hæresi 1. & tit. de Sacramentis, hæresi 1.  
Cataphryges, vel Cataphrygi, tit. de Baptismo, hæresi 2. & 3. tit. de Nuptiis, hæresi 2.

Celestinus, tit. de Gratia, hæresi 1.  
Cerdon, tit. de Christo, hæresi 2. & tit. de Deo, hæresi 1. & tit. de Lege, hæresi 2. titulo de Malo, hæresi 2. & titulo de Scriptura sacra, hæresi prima & tertia.  
Circuitores, titulo de Martyrio, hæresi tertia.  
Circumcelliones, titulo de Ecclesia, hæresi prima, & titulo de Martyrio, hæresi tertia.  
Claudius Taurinensis, titulo de Adoratione, hæresi prima, & titulo de Baptismo hæresi sexta.  
Cerinthus, titulo de Beatitudine, hæresi secunda, & titulo de Christo, hæresi prima, & titulo de Lege, hæresi prima, & titulo de Mundo, hæresi tertia, & titulo de Scriptura sacra, hæresi quarta & quinta.  
Coluthiani, titulo de Malo, hæresi tertia.  
Constantinus quintus Imperator Constantinopolitanus, tit. de Imaginibus, hæresi prima.  
Constantinus sextus Imperator, titulo de Imaginibus, hæresi prima.  
Cozocenes, titulo de Juramento, hæresi prima.  
Cyprianus, titulo de Baptismo, hæresi quinta.

**D**Adces, titulo de Baptismo, hæresi quarta.  
Decartitæ, titulo de Anima, hæresi quarta.  
Desiderius Longobardus, titulo de Paupertate, hæresi tertia.  
Diofcorus, titulo de Christo, hæresi quarta.  
Diotrephes, tit. de Peregrino, hæresi prima.  
Discalecati, titulo de Calceamento, hæresi prima.  
Donatistæ, titulo de Baptismo, hæresi quinta, & titulo de Ecclesia, hæresi prima.

**E**Bion, à quo Ebionitæ, titulo de Christo, hæresi prima, & titulo de Lege, hæresi prima, & titulo de Scriptura sacra, hæresi quarta & sexta.  
Elcefei, sive Elcefaite, titulo de lege, hæresi prima; & titulo de Martyrio, hæresi prima, titulo de Scriptura sacra, hæresi sexta.  
Elvidius, titulo de Maria Virgine, hæresi prima, & tit. de Virginitate, hæresi prima.  
Enkratitæ, vide in dictione Tatianus. Nam Enkratitarum Princeps fuit Tatianus.  
Ermigildus, titulo de Deo, hæresi sexta.  
Euchitæ & Enthustitæ, vide in dictione Messaliani.  
Eunomius, titulo de Deo, hæresi sexta & decima & titulo de fide, hæresi secunda.  
Eustachius, titulo de Sanctis, hæresi prima, & tit. de Templo, hæresi prima.  
Eutyches, titulo de Christo, hæresi quarta.  
Eutyches, tit. de resurrectione, hæresi secunda.

**F**Austus, titulo de anima, hæresi quarta.  
Felix, tit. de Anima, hæresi quarta, & titulo de Imaginibus, hæresi prima.  
Felix alius, titulo de Virginitate, hæresi prima.  
Felix alius, titulo de Terra, hæresi prima.  
Felicianus, titulo de Deo, hæresi sexta.  
Flagellantes, titulo de Aqua, hæresi 2. & tit. de Baptismo, hæresi nona, & titulo de Evangelio, hæresi prima, & titulo de Juramento, hæresi secunda.  
Florinus, à quo Floriani, titulo de coitu, hæresi prima, & titulo de Judiciio, hæresi prima, & titulo de Malo, hæresi prima.

**G**eminator, titulo de Virginitate, hæresi prima.  
Genialis, titulo de Virginitate, hæresi prima.  
Gnostici, titulo de Anima, hæresi tertia, & tit. de bestiis, hæresi prima, & titulo de Creatura, hæresi prima, & titulo de Deo, hæresi prima, & titulo de Judiciio, hæresi prima, & titulo de Malo, hæresi secunda.  
Gothi, titulo de Deo, hæresi sexta.  
Græci, titulo de Beatitudine, hæresi sexta, & titulo de Cibis, hæresi prima, & titulo de Coitu, hæresi prima, & titulo de Deo, hæresi duodecima, & titulo de Eucharistia, hæresi secunda & septima & nona & undecima & duodecima, & titulo de Inimicis, hæresi prima, & titulo de nuptiis, hæresi secunda & quarta, & titulo de Papa, hæresi secunda, & titulo de Purgatorio, hæresi prima, & titulo de Restitutione, hæresi prima, & titulo de Suffragiis, hæresi prima, & titulo de Unctione Extrema, hæresi prima, & titulo de Ufura, hæresi prima.  
Guilielmus Antuerpiensis, titulo de Paupertate, hæresi secunda.  
Guilielmus de Sancto Amore. Vide infra in dictione Vvilelmus.

**H**eracleonitæ, titulo de Unctione Extrema, hæresi prima.  
Heliognostii, titulo de Idololatria, hæresi prima.  
Hermannus Riffvich, titulo de Angelis, hæresi prima titulo de Anima, hæresi sexta, & titulo de Inferno, hæresi prima, & titulo de Mundo, hæresi prima.  
Henricus, titulo de Baptismo, hæresi quinta.  
Hermias, titulo de Anima, hæresi quarta, & titulo de Baptismo, hæresi prima & quarta, titulo de Malo, hæresi prima, & titulo de Mundo, hæresi prima.  
Hilarius, titulo de Canu, hæresi prima.  
Hymeneus, titulo de Resurrectione, hæresi prima.  
Hierarchitæ, titulo de Resurrectione, hæresi prima.

**I**acobellus, titulo de Eucharistia, hæresi ultima.  
Jacobitæ, titulo de Confessione, hæresi prima.  
Januarius, titulo de Virginitate, hæresi prima.  
Icnoitæ, titulo de Deo, hæresi octava.  
Ingenuus, titulo de Virginitate, hæresi prima.  
Ioachim Abbas, in titulo de Apostolis, hæresi prima, & titulo de Evangelio, hæresi secunda.  
Ioannes Brentius, titulo de Baptismo, hæresi undecima.  
Ioannes Calvinus, titulo de Missa, hæresi secunda, titulo de Operibus, hæresi quarta, titulo de Peccato, hæresi decima, & undecima, titulo de Præcepto, hæresi secunda, & titulo de Sacerdotio, hæresi quarta, titulo de Gratia, hæresi tertia, titulo de Virginitate, hæresi prima, titulo de Voto, hæresi prima & secunda.  
Ioannes Oecolampadius, titulo de Oratione, hæresi secunda, & titulo de Bello, hæresi prima, & titulo de Eucharistia, hæresi quarta, & titulo de Libertate arbitrii, hæresi prima, & titulo de Sanctis, hæresi prima.  
Ioannes Hufs, titulo de Ecclesia, hæresi prima, & titulo de Eucharistia, hæresi ultima, & titulo de Excommunicatione, hæresi prima, & titulo de Oratione, hæresi tertia, & titulo de Papa, hæresi prima, & titulo de Potestate, hæresi prima, & titulo de Prædicatione, hæresi prima, & titulo de prædicatione hæ-

VI  
F. ALFONSI DE CASTRO  
ZAMORENSIS ORDINIS MINORUM,  
IN QUATUORDECIM LIBROS,  
QUOS ADVERSUS OMNES HÆRESES  
ÆDIDIT.

PRÆFATIO.

INTER plurima & varia scelera, quæ humanum genus omne, potissimum Christianum, invadunt atque devastant, hæresis unum est, eo cæteris pejus, quod cum sit pestilentissimum, latius se diffundit, acutius penetrat, tenacius adhæret, adque ideo difficilior curatur. Quantum enim noxium sit, inde potest censerî, quod fundamentum impetrit totius pietatis, sine quo nihil sint reliqua omnia profutura. *Sine fide namque* (ut ait Paulus *Heb. 11.*) *impossibile est placere Deo.* Per hanc Sancti vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt reprobationem, obrutarunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugaverunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum. Hæc est viaticum viæ hujus, sicut Propheta inquit: (*Abac. 2.*) *Ex fide iustus vivit.* Hæc est denique (sicut dicebam modo) basis & fundamentum totius Christianæ structuræ, super quam velut super firmissimam quandam petram Deus fundavit Ecclesiam suam. Super quam & nos omnes fundari præcipit Paulus, (*Heb. 11.*) ut stabiles & immobiles simus à spe Evangelii quod audivimus. Quapropter si ex hujus bonitate, hæreses malitiam metiri convenit, dicemus ex opposito hæresim potissimum esse vitium. Tanto enim (juxta Augustini sententiam) aliquod malum est pejus malum, quanto magis admittit de bono. Hinc patet quam male de Republica Christiana mereantur ii qui fidem oppugnant, qui hæreses vel invehant, vel illatas timent: quoniam destructo fundamento, necesse est ut quicquid superædificatum fuerat, decidat. Hæretici autem fundamentum hoc quod à Christo ipso factum, & ab Apostolis ejus mundo ostensum est, eruere conantur: quoniam & si aliis in rebus sæpenumero inter se dissentiant, in hoc tamen unum omnes conveniunt, ut adversus Christi & Apostolorum doctrinam eristas erigant. Nec qui hoc agerent pauci fuere: quod est imprimis dolendum & grave, siquidem egressi à nobis. Quod namque Barbaræ nationes adversus filios Israel olim commotæ sunt, tot immo plures, contra fidem Catholicam & doctrinam Evangelicam insurrexerunt. Nec adhuc cessavit hæc oppugnatio, multa siquidem hostium castra in circuitu ejus posita sunt, vallaverunt eam undique, ut ad terram prosternerent. Ab Oriente, Simon, Menander, Valentinus, Manes. Ab Occidente, Priscillianus, Vigilantius, Petrus Abailardus. A Meridie, Tertullianus, Novatus, Donatus. A Septentrione, unde panditur omne malum, Pelagius, Joannes Vvicleph, Joannes Huf, Martinus Lutherus. Concussa est igitur à quatuor angulis, machinæ ex omni parte contra eam admotæ sunt. O quot sophisticæ collectiones, quot fallaciæ, quot scripturarum torsiones atque dilanationes appositæ sunt, ut hoc quod Christus jecit fundamentum, videlicet fides, rueret? Verum post tot bellorum incurfiones, post tot facta adversus illud tela, fixum & immobile ad finem usque sæculi permanet fundamentum, quoniam Dominus promissit se rogatarum pro Ecclesia, ut ejus fides non deficeret. (*Luc. 22.*) At qualiter defecere poterit, illo pro ea rogante, qui semper exauditur? Adjuvat ergo eam Deus vultu suo. In medio ejus stat, ut non commoveatur: (*Psal. 45.*) Quo fit, ut nusquam hæreticorum acies adversus Ecclesiam prævalere possint, adversus quam (Domino teste *Matth. 16.*) nec inferorum portæ prævalebunt. Nec tamen ab hac infestatione ideo abstinerunt hæretici, aut in posterum umquam abstinebunt. Oppugnant etenim semper, quamvis nunquam expugnare valebunt. Sicut namque Jebuseus olim semper mansit inter filios Israel, (*Josue 15.*) in ipsa etiam Hierosolyma, nec usquam deleri potuit, (*Judic. 1.*) Deo ita aut permittente aut disponente ad Judæorum ignaviam repellendam, ut videlicet scirent inter eos habitare, quos timere, & propter quos vigilare eos oporteret: ita etiam nunc, quantumlibet Ecclesia ab hæreticis expurgetur, semper ad nostrum exercitamentum Jebuseus erit in medio. Oportet hæreses esse (ait Paulus *1. Cor. 6.*) ut qui probati sunt, manifesti fiant. Quia ergo semper futuros hæreticos prævidit Apostolus, ideo omni qua potest sedulitate ac sollicitudine admonet, ut eos devitemus, & ab eorum commercio abstinemus: quoniam sciebat quantum nocuissent habita cum eis communio posset adferre. *Sermo enim eorum ut cancer serpit.* Hac de causa plures Ecclesiastici scriptores moti, anxie laboraverunt in inquirendis hæreticis, eorumque erroribus, ut eos nobis describerent: ut inde postmodum forent illi vel sic noti ii, quos juxta Pauli præceptum (*2. Tim. 2.*) devitare oportebat. Inter quos primus ex his qui extant, est Irenæus Lugdunensis Episcopus, Apostolorum temporibus valde vicinus. Hic elegans opus de hæresibus composuit quinque partium libris, in quorum primo omnes hæreses & illarum auctores enumerat, quæ ad suam usque tempus Ecclesiam oppugnaverant. In aliis vero libris adversus aliquas illarum disputat. Post hunc eodem ferme tempore Tertullianus extitit, qui quamvis ipse, postmodum hæreticus, prius tamen cum Catholicis esset, librum composuit de præscriptionibus hæreticorum, cujus appendix est libellus alter de hæresibus. In quo brevi compendio hæreticorum omnium qui ante illum fuerant, nomina & hæreses pandit: quamvis non omnes illorum errores descripserit. Philaster Brixianensis Episcopus, quem beatus Augustinus testatur se Mediolani cum beato Ambrosio vidisse, majusculum opus

PRÆFATIO.

LVII

de hæresibus addidit, nec illas omittens quæ ante Christi adventum apud Judæos olim fuerant. Hoc ferme tempore Epiphanius Cyprus Episcopus volumen de hæresibus Græce scripsit, sex libris, ut Augustinus testatur, distinctum opus tamen, eodem Augustino testis, satis parvum. In quo octoginta dumtaxat enumeravit hæreses, adjunctis etiam eis quæ olim apud Judæos fuerant exortæ. Ab istorum duorum Episcoporum libris hauriens Augustini precibus, Quodvultdei impulsu, opus de hæresibus ad eundem, Quodvultdeum addidit. In quo eas dumtaxat descripsit, quæ post Christi in caelos Ascensionem Ecclesiam invaserant. Quapropter à Simone illo Mago, de quo in Actis Apostolorum, cap. 8. fit mentio, suam auspiciatur historiam. Post illos omnes egregios viros, Guido de Perpiniano Carmelitani instituti, & postea Elnensis Episcopus, librum de hæresibus composuit, in quo illas hæreses addidit, quæ post Augustinum fuerunt exortæ, nec illas omittens quæ olim apud Judæos fuerant. Verum hic non contentus hæreticorum nudam narrare historiam, prout Augustinus & Philaster fecere, sed cum singulis hæreticis manus conferere tentavit, & quasi ad singulare provocat certamen. Quam rem adeo infeliciter agit, ut sæpenumero veritatem dicas succumbere, si ex illius pugna censura dicenda sit. Omitto quod in ipsa etiam historia narratione deficit. Velut enim parum diligens historiae inquisitor, multas hæreses omisit, etiam ex his quæ circa tempora sua pullulare ceperunt, cumjmodi sunt Albigenes, Flagellantes, fese, Petrus Abailardus, Henricus Tolosanus, Almaricus, Durandus de Vvalach, & alique multi hæretici, quorum errorum nunquam Guido meminuit. Aliquando hæreses commutat, tribuens huic quæ sunt illius. Aliquando etiam errores ex diametro apertissime pugnantem eidem factioni tribuit, ut facile est apud eum invenire, cum de erroribus Armenorum loquitur. Demum post istos omnes, quidam frater Bernardus de Lutsemburgo, omnium hæreticorum cathalogum descripsit, opus certe laboriosum, quamvis in illo sæpe hallucinetur, multos ibidem recensens qui meliori lapsulo fuissent notandi, ut est Papias, & alii de quibus inferius dicemus. Alios etiam plures ibidem miscet, qui nullo pacto ad hæreticorum familiam spectare videntur, quoniam Christum per baptismum nunquam fuerunt induti, ut est Avicenna & Averrois, qui cum nunquam Christo nomina in baptismo dederint, nullo pacto fieri potest ut hæretici dicantur.

Nam alioqui omnes gentiles Philosophi forent hac ratione sub hæreticorum nomine scribendi. Hi ergo omnes qui hæreticorum historiam texuerunt, in hoc unum laboraverunt, ut hæreticorum factiones describerent, & sic velut indice aliis ostendisse viderentur hostes fidei, à quorum communione abstinere oportebat. Qui labor non parum Ecclesiæ Catholicæ hucusque profuit, & nunc indices plus prodest: quoniam primus gradus ad omnem virtutem capefendam, ut Regius Propheta ait: (*Psal. 33.*) *Est declinare à malo: huic autem primus est, facere bonum.* Arator etenim prius agrum à spinis aut quibuscumque noxiis herbis expurgat, & sic terra ex acceptis postmodum seminibus fegetes producit. Ad hunc modum medicus præscribens leges infirmo quibus incolumitatem & asequi & tueri possit, prius illum docet cibos à quibus est illi abstinendum. In omni etiam doctrina non minus laborandum est, ut errores extirpentur, quam ut veritas doceatur. Nam extirpatis erroribus, veritas clarius agnoscitur, agnita, ardentius amatur, amata denique vehementius defenditur, & cautius custoditur. Quod si hoc in qualibet doctrina observatur, multo salubrius id fiet in Theologia, hoc est in doctrina Evangelica, in qua (ut est apud Augustinum) nullibi periculosius erratur, aut fructuosius aliquid invenitur. Bene ergo nostris commodis prospexerunt, qui hæreticorum historiam exueverunt, ut inde cognosceremus eos à quorum commercio nos abstinere oportebat. Verum etiam si hic eorum labor utilis valde fuerit, multo tamen magis, mea sententia, nostræ utilitati consuluisse, si plus laborassent, ut ostenderent hæreses & errores, à quibus erat præcipue abstinendum, quam hæreticorum nomina, qui illarum hæresum fuerunt auctores. Nam ex hæresi cognita facillime quisque cognoscat pertinacem ejus auctorem, aut fautorem esse, aut fuisse hæreticum. At hæretico proscripto, & velut tali diffamato, non sic cognoscitur quid vitandum sit in eo. Plerique etenim norunt Arrium, Sabellium & Nestorium fuisse hæreticos, & velut tales ab Ecclesiæ communione ejectos atque damnatos: non tamen perinde Arrianos, Sabellianos, aut Nestorianos agnoscent, quia videlicet ignorant quid fuerit in causa, ut Ecclesia Arrium, aut Sabellium, aut Nestorium, tali inuferit nota. Omitto quod in cathalogo plures hæretici nomine describuntur, quorum tamen nulla citatur hæresis propter quam constet eos merito sic fuisse notatos, ut sunt Adelbertus Gallus, Clemens Scorus, Petrus Constantinopolitanus, Petrus Olerii, Valdemarius, Nicolstratus, Evagrius Ponticus, alique multo plures. Quid queso juvat scire hos fuisse olim hæreticos, ignorata causa propter quam tam tristis sit in eos dicta censura, præcipue cum istorum libri non extant, qui hac occasione forent ab idiotis vitandi? Cum igitur ob hæresim quam quisque docet aut tuetur, sit hæreticus vitandus, & non vice versa propter hæreticum hæresis ab eo asserta: videntur mihi (quod citra invidiam & eorum suggillationem dixerim) consultius illi fuissent facturi, si plus laborassent in hæresibus prodendis, quam in hæreticorum nominibus recensendis. Qua in re neminem hucusque, ex his quos legi, video exacte laborasse: quoniam etsi Augustinus, aut Philaster, aut Tertullianus, aut Guido, aut Cathalogus, omnium hæreticorum factiones descripserint, nullus tamen eorum omnes cujuslibet hæretici errores recensuit, immo eorum quilibet plures omisit. Aliquis siquidem tribuit hæreses Cataphrygibus aut Gnosticis Philaster, quarum nec meminuit Augustinus de eisdem hæreticis loquens. Aliquis item Augustinus impingit Manichæis, quas nullo pacto commemorat Philaster. Guido autem cum Augustinum sequi videatur, nec alium præter Augustinum circa veteres hæreticos enarrandos eum vidisse apparet, cum de qualibet hæreticorum factione differit, non plures illi errores impingit, quam apud Augustinum legit: quamvis apud alios Auctores, si eos legisset, potuisset plures reperire. Unde apertissime convincitur eos in hoc tantum laborasse, ut hæreticos nobis velut indice ostenderent. Quæ omnia mihi presius intuenti, visum est opus aggredi, in quo non tantum studebo ut omnes recenseam hæreticos, quantum ut omnes describam hæreses, quæ ad nostrum usque tempus scriptorum, quos potui habere, memoria conservavit, supplens ex uno, quod alium omisisse videro. Quo facto fiet una omnium hæresum congeries, à qua quemlibet Catholicum abstinere oportebit. Et sic facile quisque agnoscat toxicum quod vitandum est, & semitam à qua declinare debet. Ut autem ex hoc nostro labore facillius quilibet proficere valeat, hæreses ipsæ non juxta tempora in quibus ortæ sunt, disponentur, sed juxta rerum materias circa quas versantur. Quapropter res ipsæ de quibus tractant, per dictiones juxta alphabeti ordinem digestas distribuentur. Sub qualibet vero dictione hæresis ille

illa disponitur, quæ ad rem per dictionem illam significatam spectare videbuntur. Quo ordine observato, facillimum cuique erit, proposita semel quacumque materia, scire hæreses quæ jam circa illam exortæ sunt, & quas vitare oportet. Cum vero unamquamque hæresim pertractabo, hunc tenebo ordinem. Primo post enarratam hæresim, hæresiarum prodam, vellut illius factionis ducem: qui postmodum sub eo duce militaverunt: qui etiam deinde errorem jam emortuum ab inferis revocarunt. Tum contra ipsum errorem aliquibus argumentis, eisque brevissimis disputabo, quibus hæresis (mea quidem sententia) revinci possit. Exequentur hoc alii doctiores fortius & efficacius; ego pro modulo meo præstabo quod poterò. Noliufus spariari, quamquam forsitan sæpe id agere facillime potuissem, in campo latissime patenti, sed in arctum omnia congesti, strictius omnia expendi, consultius fore iudicans, pauca idonea adferre, quam multorum animos loquacitate mea prægravari.

Quod si de omnibus hæresibus esset late disputandum, fieret necessario, ut modum unius voluminis etiam magni, nostrum excederet opus: quoniam nec in tribus aut quatuor voluminibus, ne dicam in uno, possunt omnes hæreses coacervari. Idcirco brevitati studere decrevi, & in compendii formam omnia redigere. Quæ vero restabant, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire queat. Postremo si quod celebratum fuerit Concilium, quod de illa re quoquo pacto definiert, definitionem & decretum subjungam. Quantus autem hic nobis labor fuerit, lector candidus, & à livore alienus facile iudicabit, cum ad solas hæreses recensendas oportuerit plurimos auctores evolere, plurima lustrare volumina, præsertim quod cum inter recentiores sæpenumero non conveniat, oportuit ab aliis vetustioribus veritatem petere. Quo labore transacto, cum viderem mihi restare majorem, videlicet adversus tot serpentes pugnare, tot monstra domare, deterrebar ab incepto, pondere tantarum rerum pressus: quoniam considerabam me sumpsisse materiam meis viribus minime (ut juxta Horatii præceptum decebat) æquam: retraxissem pedem, nisi Dominum audissem dicentem: (Deut. 32.) *Unus ex vobis fugabit mille.* Non est enim nunc manus Domini aut infirmior, aut impotentior ad me roborandum contra hæreticos, quam olim fuit ad præstandum auxilium & robur Sampsoni contra Philistæos, quorum mille una asini mandibula interemit. Quapropter etsi consistam adversum me omnium hæreticorum castra, numquam timebo, quoniam in Domino confido quod à dextris mihi erit, ne commovear. Hac ergo fiducia munitus, in campum descendo, contra omnes & singulas hæreses pugnaturus. Sed antequam ad pugnam accedamus, prius pro certamine necessaria parare oportet, utpote ostendere symbolum eorum hostium cum quibus pugnandum est, & arma quibus præliari oportet, iudices sub quibus certaminis periculum est subeundum. Nam si nullus sit iudex, nullus erit certandi finis, præsertim adversus pertinaciam. Verum ne dum falsos aliorum errores exagito, in aliquem ipse, dæmone instigante, & Deo permitte incurram, illud imprimis testor, & restat esse semper volo, me nolle umquam ab ea fide, quam Catholica tenet Ecclesia, vel latum pilum discedere. Quod si forte aliquid simile deprehendatur, non ex industria dictum esse volo, sed per incuriam aut ignorantiam ab homine qui errare potuit, elapsum, & jam nunc pro recantato haberi peto: dicam etenim cum Augustino, quod errare poterò, sed hæreticus numquam ero.

AD

AD

AD CHRISTIANISSIMUM SENATUM PARISIENSEM,  
ROBERTUS TREHETUS  
UTRIUSQUE JURIS DOCTOR.

PER QUAM INDIAM LECTOR S. P. D.

**I**n Deteronomio cap. 7. Dominus Deus loquitur, dicens: *Et homo quicumque fecerit in Superbia, ut non exaudiat Sacerdotem aut Judicem, quicumque fuerit, in diebus illis morietur homo ille: Et omnis populus, cum audierit, timebit: & non agent impie etiam nunc.* Item ad Samuelem, (1. Reg. 8.) cum à Judæis sperneretur, dicit Deus: *Non te spreverunt, sed me spreverunt.* Et Dominus quoque in Evangelio: (Luc. 10.) *Qui audit (inquit) vos, me audit, & eum qui me misit: Et qui rejicit vos, me rejicit: qui me rejicit, rejicit eum qui me misit.* Et cum leprosum mundasset: (Matth. 8.) *Vade (inquit) & ostende te Sacerdoti.* Et cum postea tempore passionis alapam accepisset à servo Sacerdotis, (Joan. 18.) cumque ei dixisset: *Sic respondes Pontifici? Adversus Pontificem Dominus contumeliose nihil dixit, nec quicquam de Sacerdotum honore detraxit: Sed innocentiam suam magis asserens, & ostendens: Si male (inquit) locutus sum, & exprobra de malo: si autem bene, quid me cedis?* Item in Actibus Apostolorum, cap. 27. postmodum B. Paulus, cum ei dictum esset: *Sic infimulas in Sacerdotem Dei, maledicendo?* Quamvis Domino jam crucifixo, sacrilegi, & impii, & cruenti illi esse cœpissent, nec jam quicquam de Sacerdotali honore & auctoritate retinerent, tamen ipsum, quamvis inane nomen & umbram quamdam Sacerdotis cogitans, expavit: *Nesciebam fratres (inquit) quia Pontifex est. Scriptum est enim: Principi plebis tua non maledices.* Cum hæc tanta, ac talia, & multa alia exempla præcedant, quibus Sacerdotalis auctoritas & potestas, divina dignatione firmatur, quales putas esse eos, qui Sacerdotum hostes, & contra Ecclesiam Romanam Catholicam & Apostolicam rebelles, nec præmonens Domini comminatione, nec futuri iudicii ultione terrentur? Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperant. Nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Rex, aut Jdex vice Christi cogitatur: cui si secundum magisteria divina obtemperaret Christiana fraternitas universa, nemo adversum sanctum Sacerdotum collegium quicquam moveret: Nemo post divinum iudicium, post populi suffragium, post Coepiscoporum consensum, iudicem fe non jam Episcopi, sed Deifaceret. Nemo dissidio unitatis Christi Ecclesiam scinderet: Nemo sibi placens ac tumens seorsum foris novam hæresim conderet, nisi si ita est aliquis sacrilege temeritatis, ac perditæ mentis, ut putet sine iudicio Dei fieri Sacerdotem, cum Dominus in Evangelio suo dicat: (Matth. 10.) *Nobis duo passeres asservient, & neuter eorum cadit in terram sine patris vestri voluntate?* Cum ille nec minima fieri sine voluntate Dei dicat, existimat aliquis summa & magna, aut non sciente, aut non permitte Deo, in Ecclesia Dei fieri, & Sacerdotis, id est, dispensationis sui, non de eius sententia ordinari? hoc est fidem non habere, qua vivimus: hoc est, Deo honorem non dare, cuius jutu & arbitrio regi & gubernari omnia scimus. Plane Episcopi non de voluntate Dei sunt, qui extra Ecclesiam sunt: Sed contra dispositionem & traditionem Evangelii sunt: Sicut ipse Dominus in duodecim Prophetis ponit & dicit: (Osæ 8.) *Sibimetipsis Regem & Sacerdotes & Judices constituerunt, & non per me. Parisiis primo Kal. Mart. Anno à Christo nato 1571.*

*Omnia probate, quod bonum est tenete.*  
**D. Paul. Rom. 5.**

Tom. I. SSS CA-

mare Rubrum, in quo spinam illam prægrandem, hoc est, Pharaonem, ejus satellites & incendiarios Sath anæ ministros oppressit. Deinde, quia multi ex his furculis Joseph paulatim degenerare cœperunt, in deserto quadraginta annis torus castigatus est populus. Ubi tamen novi ex illis enati furculi, translati sunt postea in terram Chanaan, Ubi rursus incidunt in spinas non paucas, quo enim magis Rosa hæc crevit, eo spinæ juxta nascuntur asperiores, quibus iterum misere lacerata, non tamen profus emarcuit. Nam subinde Hortulanus, misis servis, spinas, quantum fieri potuit, evulsit: ne penitus Rosa arcesceret suffocata spinis, & periret. Quid contra hos Dei servos & custodes hujus Rosæ, hoc est, sanctos Judices, Reges, & Sacerdotes machinatur Sathan? Alios ad se profus allicit, ut sibi dent nomina, ut ex gubernatoribus plerisque: Alios graviter vulnerat, ut Davidem, Ezechiam, &c. Deinde semina zizaniorum mittit in agrum Rosarum, donec primum decem tribus transferantur in Babylonem, & postea reliquus populus in captivitatem adducatur: in censo templo, & sancta civitate Hierusalem. An illic Rosa Domini omnino emarcuit, an illic omnino dispersit? Nullo modo. Nam isto peregrinationis labore, & infidelium Caldæorum immanitate, fatigata quidem est Ecclesia, attamen magis lucet, ac illustrior efficitur, quam unquam antea, in terra Palestina fuit. Et si enim gravi premuntur servitute corporis apud Babylonios, tamen animis piorum non defuit vera religio, & spiritalis libertas. Excitat enim Deus Prophetas, qui veluti divini quidam agricolæ Rosam hanc doctrina, pietate, & consolationibus exerunt, ut servitute Babylonica minime frangeretur; sed ut potius invincta manens duris, quibus premebatur, gauderet. Hoc cum egre ferret Sathan, Imperatorum Babylonicum impellit, ut impium edictum de adoranda statua proponat, videlicet, ut omnes in certum locum campi collecti, clangente buccina, se coram statua Imperatoris incurvant: additis minis, ut qui hoc facere recusant, vivi in ardentem campum ad hoc paratum conijcerentur. Quid hic facerent pii & religiosi homines? Multi sane furculi hujus camini ardore exaruerunt, adeo ut Rosa Domini omnino jam perire videretur. Non enim dubium est, plurimos hoc impio edicto pertractos fuisse in Æthnicam idolomaniam, in qua & perierunt. An non hic palma videtur obtinere Sathan? Actum plane videtur de Rosa Domini; verum eventum specta: Clangitur buccina, obtemperant omnes edicto regio, exceptis tribus viris, Anania, Azaria, & Misael, qui impio edicto parere recusant. Hos cum Rex ira percitus curasset in paratum incendium mitti, ecce Hortulanus ipse Dominus Deus in camino ignis simul descendit, & aditans his tribus viris cohibet flammam, ne innocentes enecare possint. Hoc fuspensio miraculo perterritus Rex Babylonicus revocat viros illos illosos, & Deum ipsorum verum Deum agnoscit, & colit, idque non solum, sed cum tota sua aula & subditis. Atque ita Rex, qui antea spina fuit pessima, fit furculus Rosæ præclarus. Vide quomodo Rosa Domini non solum inter tribulos, non inter fetores tantum, verum etiam inter medias flammam frangat, floretque. Hic Sathan sua spe frustratus, an quiescit? Immo magis furit, tamquam leo ereptis cattulis, foriusque incumbit, ut perdat hanc Rosam, quod ut faciat facilius, nobilissimum Rosæ furculum aggreditur, Danielem Prophetam sanctissimum, ac suis artibus efficit tandem, ut propter prostratum idolum Beel in specum leonum devorandus conijceretur. Sed quid fit? contra omnem expectationem Sathanæ, & ministrorum ejus, poeni Dei manu defenditur Daniel, & alitur divinitus septem dies in specu, & deinde incolumis è specu prodit. Unde factum est, ut magis suos flores Rosa hæc emitteret, & plures in Regno Babylonico furculos faceret. Verum Sathan rursus furibundus novas molitur insidias. Quendam enim nobilem virum, Aman nomine excitat, qui Regi facile persuadet, non sine periculo tot hospites, eosque Israelitas captivos in suo vagari Regno, & impetrat litteras Regis Babylonicæ ad omnes regios præfectos, ut statim, acceptis litteris, furculos hujus Rosæ omnes exciderent, ut isto pacto tandem Rosa extirparetur tota, & periret radix. Sed hic juxta proverbium, malum consilium consultori pessimum fuit. Nam Aman, ut ut antea in summo Regis favore fuit, & consilio suo pendendos Israelitas esse Regi persuasit, in patibulum suspensus infami morte periit, & præmium suis dignum factis accepit. Post hujus Ecclesiæ hostis interitum, rursus Rosa Domini exiret te magis magnifice, adeo quod etiam Regum maximorum patrocinio tranquilla in exilio suo fuerit. Inter hos Reges Cyrus Persicus Rosæ insitus mandatum dedit, ut Israelitæ Judæi in suam redirent terram, templum, ac sanctam civitatem Hierusalem iterum ædificaturi: quod mandatum, etsi aliquandiu absente Cyro impeditum fuit astu Sathanæ; tempore tamen Longimani rursus edictum proclamatum est, ut populus liber rediret, & urbem, civitatemque ædificaret. Hoc tempore Rosa Domini in magnis ærumnis floruit. Nam gaudet patientia duris. Quadragesimam etenim & nonaginta annis usque ad Christum ducem, verum Rosæ Dominum, vatis illicque venenatissimis spinis Rosam hanc præfecerat conatus est Sathan, foris bello, intras hæreticorum paratrophis, donec in summas angustias iterum redacta sit, ab omni parte eam prementibus spinis, adeo ut paucissimi germani furculi, adveniente Messia, superferunt, ut Zacharias, Simeon, Anna Prophetissa, Joseph cum suis famulis. Hic rursus Sathan haud immerito triumphare videtur. Nam & Reges Æthnici, & peregrini, & impii advenæ dominabantur in populo Dei, & summa auctoritas penes hæreticos, qui tum temporis Cathedralam Moysi occupabant, fuit. Venit itaque Dominus Rosæ, tempore olim à Patriarcha Jacob, & postea à Daniele prædicto, ac Rosam suam feratram, & conculcatam, doctrina, consolationibus & miraculis erigit, & sustulit: quod cum cerneret inimicus extrema tentat: Et primum adversus Christum Pontifices, Scribas, Phariseos, & Sectarios falsis dogmatibus armat. Deinde Romanos Senatores impellit, ut manus injicere Christo cogitent. Postea Pilatum Toparcham nomine Imperatoris Romani, & Herodem Tetrarcham sibi adjungit: Denique totum populum in eam sententiam adducit, ut Jesum Christum crucifixum interimant: quod & factum est. Ex quo rursus in manu Sathanæ victoria sita fuisse videbatur. Verum & hic sua spe frustratus Sathan. Nam tertio die resurgens Dominus, furculos prostratos erigit, fractos consolidat, ac Rosam suam sepimento manit firmissimo, quam factus die Pentecostes aqua salutari rigatam suo sancto Spiritu fecundat. Emittit enim agricolas in universum orbem, qui hujus Rosæ semina late per orbem disseminent: ac interea spinas, furculosque degeneres igne comburit. Nam Judæos ingratos, qui radicibus spinarum, quam sanctæ huic Rosæ inferi maluerunt, magna strage per Vespasianum affecit, ac tandem perpetua vastatione politiâ Mosaycam, juxta prædictionem Danielis, delevit. Hæc cum in Palestina aguntur, duodecim Apostoli, & ab eisdem ordinati, Sacerdotes, Diaconi, & Episcopis femina Rosæ cœlestis in multis locis spargunt, faciuntque brevi admodum tempore, ut Rosa totam fere terram suis furculis & floribus impleat. Verum ne sic quidem Sathan toties profligatus & victus quiescit? Immo potius furibundus magis & ira æstuans fremit, spinas seminat, tribulos, & zizania Tyrannidis

hæ-

hæresos, & variæ persecutionis Pastorum & Doctorum S. R. E. jacit, quibus ad hanc extripandam Rosam jam plurquam unquam florentem abutitur. Sed tamen victrix manit Rosa, nova tubinde viriditate pullulans, & furculos & sanguine Sanctorum Sacerdotum, Levitarum, & reliquorum Martyrum producens. Hæc cum cerneret Sathan, & postquam Rosam sexcentis fere annis à Triumpho Christi Tyrannide, persecutionibus, & hæresibus oppugnasset, nova stratagemata excogitat, stantique Regno Mahumeticum stabilire, quod aperte Christum blasphemam, Rosam premit, furculos evellit. Deinde tandem in novissimis hæc temporibus aliud Regnum Sathan instituit, nempe Antichristi. Excitat igitur filium inobediencie Tyrannum & patricidam, qui beatissimo Romano Pontifici, & cuilibet divinitus ordinata potestate Republicæ Christianæ resistit, & funditus evertere tribunalia magistratus legitimi conatur: ut impia ejus consistoria ubique retrarum deponat principi tenetiarum. Quæ res Sathanæ non omnino infeliciter cecidit. Nam ille filius inobediencie, fallax, & proditor, Antichristi præcursor, non ut apertus Rosæ hostis initio, sed ut amicus, & custos simulatus, fraudulenter Rosam invadit, ac ut olim Judas Dominum, ita ipse oculo Ecclesiam prodit. Nam cum mentitur se ministrum Dei, & defensorem verbi ejus, qui re vera est servus Sathanæ, & Atheismi propugnator, præterquam quod sibi jus vendicat in Rosa Domini, innumeros lupos ovili pelle rectos emitit, qui grassantur in Rosam, flores & furculos vastant: hoc est, infinita incendiariorum ministrorum, & prædonum agmina adversus hanc Rosam superbia & immanitate armat, & præcipue Atheismo, larvata religionis prætextu confuso, ut tamquam veneno quodam sathanico Rosam omnino inficiant, ut ita infecta, tandem sponte concidat. Atque ita consistorialis hæresiaracha Antichristi Propheta simulatus Rosæ amicus, & Imperator Mahumeticus hostis professus Christi Ecclesiam invadunt, ut uterque aperto Marte, & subdolis artibus Rosam hanc nobilem destruat. Hoc stratagemata, etsi non omnino infeliciter celsisse videtur Sathanæ ultra quingentos annos, tamen Rosam hanc cœlestem penitus extripare non potuit: semper enim manet radix, etsi in ea non pauci germani furculi degeneres & adulterini fiant. Ceterum cum jam in immensum creveret hæreticorum consistorialium Regnum, adeo ut spinæ sua amplitudine furculos Rosæ tegere viderentur, Dominus rursus suscitavit, & emittit Principes invictissimos & servos industrios, qui impetuosius violentos hæreticorum reprimant, & technas & insidias eorum mundo revelent, ut pejus angue aut peste eas quisque fugiat, quod efficit, ut Rosa hæc illætos furculos per totam Galliam ut antea haberet, adeo ut spinæ sua amplitudine vix fragrantior fuerit hæc Rosa, quam nunc est, in quo Regno magis suas vires superioribus annis intendit sathan, ut subruat furculos à nascete Ecclesia hic successum pullulantes, quam usquam alibi. Nam non ignorat actum esse cum suo primo fidelissimum servorum consistorio, si una cum lilio Rosæ hujus radices in hoc Christianissimo & florentissimo Galliarum Regno evulserit. Hæc (illustrissime Cardinalis) admonere volui, proposita pulcherrima imagine de fortuna & conditione Ecclesiæ in hoc mundo, idque ideo: Primum ut cogitetur dictum Domini: *Potest infruor non prævalere adversus eam*. Ut ut enim fuerit sathan, nunquam hanc Rosam penitus extripabit. Deinde ut consolemur non præsentia Christi in Ecclesia, & promissione permanentis Ecclesiæ in mundo usque ad extremum judicium, ne frangamur tot doctrinis, & scandalis variorum Sectariorum, quæ hodie multos nimis credulos, ignorantes, aut ambiciosos novatores gravissime vulnerant, & ne abiciamus Sacrosanctæ Romanæ fidei Apostolicæ professionem, & transfugiamus ad castra hostium, sicuti multi diversis temporibus fecerunt, & hodie non pauci ad impostoribus & incendiariis sathanæ ministris seducti, & fascinati faciunt. Postremo, ut de vera conservandæ Ecclesiæ ratione admoneremur, quæ ratio in omnibus Ecclesiæ historiis, una & eadem esse deprehenditur, videlicet puritas Catholica doctrinæ, cui ancillatur sancta morum disciplina. Hæc enim doctrinæ puritas fons est ille salutaris, unde perpetuo rigatur Rosa Domini; ne inter tot spinas hæresum & scandalorum suffocetur, & emarcescat. Hæc doctrinæ puritas aliunde non est petenda, quam ex fontibus Salvatoris, hoc est, scriptis Prophetis & Apostolicis à Sanctis Patribus nobis traditis & expositis, qui manifestum consilium Spiritus Sancti sequuti, errare à fide non potuerunt, ut hi Alphonsi à Castro insignes Commentarii adversus omnes hæreses pie declarant, quos & auctos & pluribus locis illustratos, sub tuæ paternitatis nomine in lucem postrema hæc editio prodire volui, ut te patrono multis acceptiores sint, utque extet aliquod meæ erga te gratitudinis testimonium. Etsi autem vilis forte videtur hoc munus, quod tanto viro offeratur, tamen cum animum tuum novi candidum & sincerum, non dubito, quin potius animum donantis, quam doni præstantiam spectes: exemplo Christi, qui plaris fecit mulierculæ pauperis minuta æra missa in Gazophylacium, quam splendidas divitum donationes. Hic enim rebus pretium non ex quantitate earum, sed affectu donantium imponere solet, juxta verum dictum, *chariton thymos ariflos*. Rogo igitur, ut & tu hoc litterarum opus eo animo accipias, quo à me offertur, Deum Optimum Maximum toto pectore oro, ut Republicæ Christianæ te diu conserveat faustum & incolumem. Lutetia Parisiorum 4. Idus Martii, anno à Christo nato 1571.

refi prima, & titulo de Sanctis, hæresi prima.  
 Ioannes de Roscehana, titulo de Ecclesia, hæresi 1.  
 Ioannes Spangerbergus, titulo de Operibus, hæresi 4. tit. de Præceptis, hæresi 3. titulo de Fide, hæresi 1. tit. de Gratia, hæresi 3.  
 Ioannes de Vvesalia, titulo de Aqua, hæresi 2. & tit. de Ecclesia, hæresi 2. & 3.  
 Ioannes Vvicleph, titulo de Adoratione, hæresi 1. & tit. de Baptismo, hæresi 7. titulo de Benedictione, hæresi 1. titulo de Cantu, hæresi 1. titulo de Confessione, hæresi 1. tit. de Confirmatione, hæresi 1. tit. de Decimis, hæresi 1. & tit. de Ecclesia, hæresi 3. & 4. & tit. de Eleemosyna, hæresi 1. & tit. de Episcopis, hæresi 1. & 2. & tit. de Eucharistia, hæresi 4. & 5. tit. de excommunicatione, hæresi 1. tit. de Exorcismo, hæresi 1. tit. de futuro contingente, hæresi 1. tit. de Horis Canonicis, hæresi 1. tit. de Ieiunio, hæresi 1. & 2. tit. de Imaginibus, hæresi 1. tit. de Indulgentiis, hæresi 1. tit. de Labore, hæresi 2. tit. de Libertate arbitrii, hæresi 1. tit. de Mendicitate, hæresi 1. tit. de Missa, hæresi 1. tit. de Monachatu, hæresi 1. tit. de Oratione, hæresi 3. & 4. tit. de Papa, hæresi 1. tit. de Potestate, hæresi 1. tit. de Prædicatione, hæresi 1. tit. de Reliquiis, hæresi 1. tit. de Sacerdotio, hæresi 2. & 5. tit. de Sanctis, hæresi 1. tit. de Voto, hæresi 1.  
 Iovinianus, tit. de Cibo, hæresi 2. tit. de Beatitudine, hæresi 7. tit. de Gratia, hæresi 2. tit. de Ieiunio, hæresi 1. & 2. tit. de libertate arbitrii, hæresi 3. tit. de Maria Virgine, hæresi 1. tit. de Peccato, hæresi 8. & 9. tit. de Virginitate, hæresi 1.  
 Iulianus Episcopus, tit. de Gratia, hæresi 1.

**L** Amperiani, titulo de Voto, hæresi 1.  
 Leo tertius Imperator Constantinopolitanus, tit. de Imaginibus, hæresi prima.  
 Leo quartus Imperator, titulo de Imaginibus, hæresi 1.  
 Lollardi, titulo de Aqua, hæresi secunda.  
 Luciferiani, titulo de Anima, hæresi 5.  
 Lutherus, tit. de Absolutione, hæresi 1. & 2. titulo de Bello, hæresi 2. tit. de Characteribus, hæresi 1. tit. de Cibo, hæresi 2. tit. de Conciliis, hæresi 1. tit. de Confessione, hæresi 1. tit. de Confirmatione, hæresi 1. tit. de Contritione, hæresi 1. tit. de Ecclesia, hæresi 1. & 3. & 4. tit. de Eucharistia, hæresi 5. & 10. & ultima, titulo de Excommunicatione, hæresi 1. titulo de Fide, hæresi 2. titulo de Gratia, hæresi 3. titulo de Ieiunio, hæresi 1. & 2. titulo de Indulgentiis, hæresi 1. titulo de Injuria, hæresi prima, tit. de Labore, hæresi 2. titulo de Libertate, hæresi 1. & 2. titulo de Mendicitate, hæresi 1. titulo de Merito, hæresi 1. titulo de Missa, hæresi 2. & 3. titulo de Monachatu, hæresi 1. titulo de Muliere, hæresi 1. titulo de Nuptiis, hæresi 3. titulo de Obedientia, hæresi 1. titulo de Operibus, hæresi 1. & 3. titulo de Oratione, hæresi 3. titulo de Ordinis Sacramento, hæresi 1. titulo de Papa, hæresi 1. titulo de Peccato, hæresi 4. & 5. titulo de Penitentia, hæresi 1. & 2. titulo de Præceptis, hæresi 1. & titulo de Purgatorio, hæresi 1. & 2. & 3. & 4. titulo de Sacerdotio, hæresi 1. & 4. titulo de Sacramentis, hæresi 1. & 2. titulo de Sanctis, hæresi 1. titulo de Satisfactione, hæresi 1. titulo de Scriptura Sacra, hæresi 7. titulo de Scientia, hæresi 1. titulo de Spe, hæresi 1.  
 Iulianus Episcopus, tit. de Gratia, hæresi 1.

Paternali, titulo de Carne humana, hæresi 1.  
 Patrilliani, titulo de Carne humana, hæresi 1.  
 Patralorinchitæ, titulo de silentio, hæresi 1.

**M** Acedonius, titulo de Deo, hæresi decima.  
 Macharius, titulo de Christo, hæresi 6.  
 Manicheus, titulo de Christo, hæresi 3. titulo de Bello, hæresi 1. titulo de Bestiis, hæresi 1. titulo de Carne humana, hæresi 1. titulo de Cibo, hæresi 1. titulo de Christo, hæresi 2. titulo de Creatura, hæresi 1. & 2. titulo de Deo, hæresi 1. titulo de Diabolo, hæresi 1. titulo de Eucharistia, hæresi 1. titulo de Joanne Baptista, hæresi 1. titulo de Iudicio finali, hæresi 1. titulo de Lege, hæresi 2. titulo de Libertate, hæresi 1. titulo de Malo, hæresi 2. titulo de Nuptiis, hæresi 1. titulo de Peccato, hæresi 3. titulo de Scriptura sacra, hæresi 1.  
 Marcus, à quo Marcitæ, titulo de Baptismo, hæresi 2. titulo de Christo, hæresi 7. titulo de Resurrectione, hæresi prima.  
 Marcionitæ, titulo de Baptismo, hæresi 3. titulo de Deo, hæresi 1. titulo de Lege, hæresi 2. titulo de Nuptiis, hæresi 1. titulo de Resurrectione, hæresi 1. titulo de Scriptura Sacra, hæresi 3.  
 Martianus, titulo de Virginitate, hæresi 1.  
 Martinus Butzerus, titulo de Baptismo, hæresi 11. titulo de Peccato, hæresi 10. titulo de Sacerdotio, hæresi 4. titulo de Gratia, hæresi 3.  
 Marcellus Paduanus, titulo de Ecclesia, hæresi 4. titulo de Episcopis, hæresi 1. titulo de Papa, hæresi 1. titulo de Sacerdotio, hæresi 2.  
 Maximilla, tit. de Baptismo, hæresi 3.  
 Maximinus, titulo de Deo, hæresi 6.  
 Melchisedechiani, titulo de Melchisedech, hæresi 1.  
 Menander, à quo Menandriani, titulo de Creatura, hæresi 1. titulo de Mundo, hæresi 3.  
 Messaliani, titulo de Anima, hæresi 4. titulo de Baptismo, hæresi 4. titulo de Eucharistia, hæresi 8. titulo de Labore, hæresi 1. titulo de Oratione, hæresi 1. & 2.  
 Metangismônitæ, titulo de Deo, hæresi 6.  
 Monothelitæ, titulo de Christo, hæresi 6.  
 Montanus, titulo de Baptismo, hæresi 3. titulo de Nuptiis, hæresi 2. & 4. titulo de Penitentia, hæresi 3. tit. de Propheis, hæresi secunda.  
 Muforitæ, titulo de Idololatria, hæresi 1.

**N** Azarai, titulo de Lege, hæresi 1.  
 Nestorius, titulo de Christo, hæresi 3. titulo de Eucharistia, hæresi 4. & ultima, & titulo de Maria Virgine, hæresi 2.  
 Nicolaus Gallæcus, titulo de Occisione, hæresi 1.  
 Nicolaitæ, titulo de Coitu, hæresi 1. titulo de Mundo, hæresi 3.  
 Noetus, à quo Noetiani, titulo de Deo, hæresi 5.  
 Novatiani, titulo de Nuptiis, hæresi 2. titulo de Penitentia, hæresi 3.  
**O** phitæ, titulo de Idololatria, hæresi 1. de Resurrectione, hæresi 1.  
 Origenes, titulo de Adam & Eva, hæresi secunda, titulo de Anima, hæresi 7. titulo de Beatitudine, hæresi 3. titulo de Deo, hæresi 6. & 9. titulo de Diabolo, hæresi 2. titulo de Inferno, hæresi 2. titulo de Resurrectione, hæresi 1. & 3.

**P** Ascensius, titulo de Deo, hæresi 6.  
 Paterniani, titulo de Carne humana, hæresi 1.  
 Patrilliani, titulo de Carne humana, hæresi 1.  
 Patralorinchitæ, titulo de silentio, hæresi 1.

Patralorinchitæ, titulo de silentio, hæresi 1.

Paulus Samosatensis, à quo Paulianitæ, titulo de Baptismo, hæresi secunda, & tit. de Christo, hæresi 1.  
 Pauperes de Lugdano, vide in dictione Vvaldenses.  
 Pelagius, titulo de Adam & Eva, hæresi 4. titulo de Baptismo, hæresi 8. titulo de Gratia, hæresi 1. & 2. titulo de Libertate, hæresi 3. titulo de Merito, hæresi 2. titulo de Oratione, hæresi 3. titulo de Peccato, hæresi 1. & 9.  
 Peputiani, titulo de Muliere, hæresi 1.  
 Petilianus, titulo de Martyrio, hæresi 2.  
 Petrus Abailardus, titulo de Beatitudine, hæresi 1. titulo de Christo, hæresi 8. & 9. titulo de Deo, hæresi 6. 11. & 13. titulo de Fide, hæresi 1. titulo de futuro contingente, hæresi 1. titulo de Libertate arbitrii, hæresi 1. titulo de Oratione, hæresi 3. titulo de Tentatione, hæresi 1. titulo de Timore Dei, hæresi 2.  
 Petrus de Brunis, titulo de Baptismo, hæresi 5.  
 Petrus Joannis, titulo de Anima, hæresi 1. titulo de Apostolis, hæresi 1. titulo de Baptismo, hæresi 4. tit. de Christo, hæresi 10. titulo de Evangelio, hæresi 2.  
 Petrus Dreienfis, titulo de Eucharistia, hæresi ultima.  
 Petrus Gnaphæus, titulo de Christo, hæresi 3.  
 Philippus Melancthon, titulo de Baptismo, hæresi 11. & in titulo de libertate, hæresi 1. titulo de Operibus, hæresi 4. titulo de Peccato, hæresi 10. titulo de Præcepto, hæresi 1. & 2. titulo de Evangelio, hæresi 3. titulo de Fide, hæresi 1. tit. de Gratia, hæresi 3.  
 Photinus, titulo de Christo, hæresi 1.  
 Picardus, titulo de Coitu, hæresi 10.  
 Plotinus, titulo de Virginitate, hæresi 1.  
 Prædestinati, titulo de prædestinatione, hæresi 1.  
 Priscillianus, titulo de Anima, hæresi 7. titulo de Cibo, hæresi 1. titulo de Creatura, hæresi 2. titulo de Deo, hæresi 5. titulo de Diabolo, hæresi 1. titulo de Fato, hæresi 1. titulo de Juramento, hæresi 2. titulo de Nuptiis, hæresi 1. & 4. titulo de Propheis, hæresi 2.  
 Prisca, titulo de Baptismo, hæresi 3.  
 Proclianitæ, titulo de Christo, hæresi 2. titulo de iudicio finali, hæresi 1. titulo de Resurrectione, hæresi 1.  
 Pfalliani, vide in dictione Messaliani.  
 Pseudoapostoli, titulo de Apostolis, hæresi 2. titulo de Decimis, hæresi 1. titulo de Ecclesia, hæresi 1. titulo de Juramento, hæresi 1. titulo de Obedientia, hæresi 1. titulo de Papa, hæresi 2. titulo de Templo, hæresi 1. titulo de Voto, hæresi 1.

**R** Herotii, titulo de hæreticis, hæresi 1.  
 Rogatiani, titulo de Ecclesia, hæresi 1.  
 Rueni, titulo de Eucharistia, hæresi 2.

**S** Abas, titulo de Baptismo, hæresi 4.  
 Sabellus, titulo de Deo, hæresi 5.  
 Samsei, titulo de Lege, hæresi 1.  
 Saturninus, titulo de Coitu, hæresi 1. titulo de Creatura, hæresi 1. titulo de Mundo, hæresi 3.  
 Seleucus, à quo Seleuciani, titulo de Anima, hæresi 4. titulo de Baptismo, hæresi 1. titulo de Malo, hæresi 1.

1. titulo de Mundo, hæresi 1. titulo de Resurrectione, hæresi 1.  
 Sethiani vel Sethoitæ, titulo de Idololatria, hæresi 1.  
 Severus à quo Severiani, titulo de Adam & Eva, hæresi 1. titulo de Resurrectione, hæresi 1. titulo de Scriptura sacra, hæresi 1. & 5. & 6. titulo de Vino, hæresi 1.  
 Symeones, titulo de Baptismo, hæresi 4.  
 Simon Magus titulo de Coitu, hæresi 1. titulo de Creatura, hæresi 1. titulo de Mundo, hæresi 3. titulo de Resurrectione, hæresi 1. titulo de Simonia, hæresi 1.

**T** Afcodrigitæ, titulo de Anima, hæresi 4.  
 Tatianus, titulo de Adam & Eva, hæresi 1. titulo de Cibo, hæresi 1. titulo de Nuptiis, hæresi 1. titulo de Scriptura sacra, hæresi 6. titulo de Vino, hæresi 1.  
 Tefalite, titulo de Anima, hæresi 4.  
 Tefarescæ decatitæ, titulo de Pascha, hæresi 1.  
 Tertullianus, titulo de Anima, hæresi 5. & 6. titulo de Deo, hæresi 2. titulo de Nuptiis, hæresi 2.  
 Tetraditæ, titulo de Anima, hæresi 4.  
 Thaboritæ, titulo de Templo, hæresi 1.  
 Turrelupini, titulo de Verecundia, hæresi 1.

**V** Adiani, vide in dictione Antrophormi.  
 Valentinus, titulo de Christo, hæresi 2. titulo de Deo, hæresi 1. titulo de Peccato, hæresi 3. titulo de Resurrectione, hæresi 1.  
 Valesii, titulo de Eunu, hæresi 1.  
 Vvaldenses, titulo de Baptismo, hæresi 7. titulo de Benedictione, hæresi 1. titulo de Cantu, hæresi 1. titulo de Cibo, hæresi 2. titulo de Coitu, hæresi 1. titulo de Confessione, hæresi 1. titulo de Confirmatione, hæresi 1. titulo de Ecclesia, hæresi 3. & 4. titulo de Episcopis, hæresi 1. & 2. titulo de Eucharistia, hæresi 3. & 9. tit. de Exorcismo, hæresi 1. titulo de Horis Canonicis, hæresi 1. titulo de Ieiunio, hæresi 1. & 2. titulo de Imaginibus, hæresi 1. titulo de Indulgentiis, hæresi 1. titulo de Iudice, hæresi 1. de Juramento, hæresi 1. titulo de Labore, hæresi 1. titulo de Miraculis, hæresi 1. titulo de Monachatu, hæresi 1. titulo de Obedientia, hæresi 1. titulo de occisione, hæresi 1. titulo de Peccato, hæresi 7. tit. de Papa, hæresi 1. titulo de Potestate, hæresi 1. titulo de Prædicatione, hæresi 1. titulo de Purgatorio, hæresi 1. titulo de Sacerdotio, hæresi 2. & 3. titulo de Sanctis, hæresi 1. titulo de Ordinis Sacramento, hæresi 1. titulo de Sepultura, hæresi 1. titulo de Unctione extrema, hæresi 1.  
 Varimandus, titulo de Deo, hæresi 6.  
 Venutiani, vide in dictione Pateriani.  
 Vigilantius, titulo de Sanctis, hæresi 1.  
 Vvicleph, vide in dictione Joannes Vvicleph.  
 Vvillielmus de Sancto Amore, titulo de Labore, hæresi 2. titulo de Monachatu, hæresi 1. titulo de Paupertate, hæresi 3.  
 Vvirmbergenfes, titulo de Missa, hæresi 2.

**Z** Vinglius, titulo de Missa, hæresi 2.

FINIS INDICIS HÆRETICORUM.

# INDEX CAPITULORUM AC TITULORUM,

SUB QUIBUS CONTINENTUR OMNES MATERIÆ

CIRCA QUAS VERSANTUR OMNES HÆRESES quæ in his quatuordecim primis libris recensentur, & confutantur.

Lib. I.

**Q**UID sit hæresis, lib. 1. 1. a  
 cap. 1. De scripturis canonicis, quibus hæreses revincendæ sunt, lib. 1. 3. b cap. 2.  
 Quod solus librorum canonicorum sensus literalis efficax est ad hæreticos convincendos, & quis sit dicendus literalis, lib. 1. 8. c cap. 3.  
 Quod sacrarum scripturarum interpretatio, quam quique fidelis amplecti tenetur, ad solam Ecclesiam pertineat, lib. 1. 10. b cap. 4.  
 Quod aliqua sunt, quibus ex universalis Ecclesiæ definitione fides integra adhibenda est, etiam si expressis sacræ scripturæ testimoniis non valeat improbari, lib. 1. 12. e cap. 5.  
 Quod Ecclesiam universalem Concilia generalia rite congregata sufficienter expriment, ac repræsentent, quorum Conciliorum definitionibus & traditionibus ea erit præstanda fides, quæ universali Ecclesiæ debetur, lib. 1. 15. c cap. 6.  
 Quod aliorum hominum quantumlibet Sanctorum scripturæ non sufficientiant ad hæresim revincendam, lib. 1. 18. a cap. 7.  
 Quod ad solam Ecclesiam & Sedem Apostolicam, aut generale Concilium spectat hæresim censere, lib. 1. 22. a cap. 8.  
 Quis sit dicendus hæreticus, lib. 1. 26. d cap. 9.  
 Quod dubius in fide dicendus sit hæreticus, lib. 1. 29. e cap. 10.  
 De quibusdam causis, ex quibus hæreses oriuntur, lib. 1. 31. a cap. 11.  
 De quibusdam aliis duabus causis, à quibus etiam hæreses oriuntur, lib. 1. cap. 12. p. 35.  
 De aliis causis, iisque externis, unde hæreses oriuntur, lib. 1. cap. 13. de aliis causis &c. p. 38.  
 De hæreticis agnoscendis, lib. 1. 42. b cap. 14.

Adoratio, lib. 2. p. 45. a  
 Absolutio, lib. 2. 50. e  
 Adam, & Eva, lib. 2. 54. e  
 Adulterium, lib. 2. 63. e  
 Angelus, lib. 2. 63. b  
 Anima, lib. 2. 64. b  
 Annus, lib. 2. 72. e  
 Apostoli, lib. 2. 73. e  
 Aqua, lib. 2. 75. a  
 Baptismus, lib. 3. 78. e  
 Beatitudo, lib. 3. 101. e  
 Bellum, lib. 3. 115. d  
 Benedictio, lib. 3. 117. a  
 Bestia & brutum, lib. 3. 117. c  
 Calceamentum, lib. 4. 117. a  
 Cantus, lib. 4. 118. a  
 Caput, lib. 4. 121. b  
 Character, lib. 4. 121. b  
 Caro & corpus humanum, lib. 4. 122. c  
 Certitudo, lib. 4. 123. c  
 Cibus, lib. 4. 123. d  
 Circumcisio, lib. 4. 127. a  
 Christus, lib. 4. 127. b  
 Concilium, lib. 4. 144. e  
 Coitus, lib. 4. 146. a  
 Confessio, lib. 4. 148. d  
 Confirmatio, lib. 4. 153. e  
 Consilium, lib. 4. 156. d  
 Contritio, lib. 4. 156. e  
 Correctio, lib. 4. 158. a  
 Creatura, lib. 4. 158. a  
 Crux, lib. 4. 159. c  
 Decimæ, lib. 5. 159. a  
 Deus, lib. 5. 160. b  
 Diabolus, lib. 5. 174. a  
 Ecclesia, lib. 6. 175. a  
 Eleemofyna, lib. 6. 181. a  
 Episcopus, lib. 6. 182. b  
 Evangelium, lib. 6. 186. b  
 Eucharistia, lib. 6. 188. c  
 Eunuchus, lib. 6. 218. a  
 Excommunicatio, lib. 6. 219. e  
 Exorcismus, lib. 6. 222. d  
 Fatum, lib. 7. 225. a  
 Fides, lib. 7. 226. e  
 Fiducia, lib. 7. 245. e  
 Fornicatio, lib. 7. 248. a

Futurum contingens, lib. 7. 248. b  
 Gratia, lib. 7. 250. d  
 Hæreticus, lib. 7. 272. a  
 Horæ canonice, lib. 7. 273. d  
 Idolatria, lib. 8. 274. a  
 Jejunium, lib. 8. 275. a  
 Imago, lib. 8. 280. d  
 Indulgentia, lib. 8. 283. b  
 Infernus, lib. 8. 284. a  
 Inimicus, lib. 8. 285. a  
 Injuria, lib. 8. 285. e  
 Joannes Baptista, lib. 8. 286. c  
 Judas, lib. 8. 286. d  
 Judicium, lib. 8. 287. c  
 Judex, lib. 8. 287. e  
 Juramentum, lib. 8. 288. e  
 Justus, lib. 8. 290. a  
 Labor, lib. 9. 291. d  
 Lex, lib. 9. 295. a  
 Libertas, lib. 9. 298. a  
 Lingua, lib. 9. 304. d  
 Malum & malicia, lib. 10. 305. d  
 Maria Virgo, lib. 10. 306. a  
 Marium, lib. 10. 310. b  
 Matrimonium, lib. 10. 314. c  
 Melchisedech, lib. 10. 316. d  
 Mendacium, lib. 10. 317. d  
 Mendacitas, lib. 10. 314. c  
 Meritum, lib. 10. 315. c  
 Miraculum, lib. 10. 316. a  
 Missa, lib. 10. 317. d  
 Monachus, lib. 10. 341. b  
 Mulier, lib. 10. 342. a  
 Mundus, lib. 10. 343. d  
 Nuditatis, lib. 11. 345. a  
 Nuptiæ, lib. 11. 345. b  
 Obedientia, lib. 11. 365. e  
 Occidere, lib. 11. 365. c  
 Opera, lib. 11. 366. a  
 Oratio, lib. 11. 379. c  
 Ordo sacramentum, lib. 11. 382. e  
 Papa, lib. 12. 384. c  
 Pascha, lib. 12. 389. c  
 Paupertas, lib. 12. 390.  
 Peccatum, lib. 12. 392. e  
 Peregrinus, lib. 12. 403. d  
 Penitentia, lib. 12. 404. a  
 Potestas, lib. 12. 413. e

Præ-

Præceptum, lib. 12. 413. d  
 Prædestinatio, lib. 12. 425. b  
 Prædicatio, lib. 12. 430. a  
 Præscientia, lib. 12. 432. a  
 Propheeta, lib. 12. 432. b  
 Purgatorium, lib. 12. 433. b  
 Regnum Dei, lib. 13. 437. a  
 Reliquæ Sanctorum, lib. 13. 437. a  
 Restitutio, lib. 13. 440. c  
 Resurrectio, lib. 13. 441. a  
 Sacerdotium, lib. 13. 444. c  
 Sacramenta, lib. 13. 459. c  
 Sancti, lib. 13. 460. d  
 Satisfactio, lib. 13. 462. b  
 Scriptura sacræ, lib. 13. 462. c  
 Scientia, lib. 13. 464. b  
 Sepultura, lib. 13. 465. c  
 Silentium, lib. 13. 466. b  
 Simonia, lib. 13. 466. c  
 Spes, lib. 13. 467. c  
 Studia generalia, lib. 13. 468. a  
 Subditus, lib. 13. 469. e  
 Suffragia defunctorum, lib. 13. 470. b  
 Templum, lib. 14. 472. a  
 Tentatio, lib. 14. 473. d  
 Terra, lib. 14. 474. d  
 Timor Dei, lib. 14. 474. b  
 Tyrannus, lib. 14. 476. d  
 Verecundia, lib. 14. 478. b  
 Vinum, lib. 14. 478. b  
 Virginitas, lib. 14. 479. b  
 Unctionis extremæ sacramentum, lib. 14. 485. b  
 Votum, lib. 14. 491. b  
 Ufura, lib. 14. 501. b

FINIS.